

SAINT ANSELME,

ARCHEVÊQUE DE CANTORBÉRY.

PROSLOGUE

OU

ALLOCATION SUR L'EXISTENCE DE DIEU ET SUR SES ATTRIBUTS.

1. L'esprit s'élevant à la contemplation de Dieu. — II. Que Dieu existe véritablement, bien que l'insensé ait dit dans son cœur : Il n'y a point de Dieu. — III. Que la pensée ne peut concevoir la non-existence de Dieu. — IV. Comment il se fait que l'insensé a dit dans son cœur ce qu'il n'a pu penser. — V. Que Dieu est tout ce dont l'existence est préférable à la non-existence, et qu'existant seul par lui-même il a tout fait de rien. — VI. Comment Dieu n'étant point un corps peut être sensible. — VII. Comment il est tout-puissant, bien qu'il ne puisse certaines choses. — VIII. Comment il est à la fois miséricordieux et impassible. — IX. Comment étant juste, souverainement juste, il peut pardonner aux méchants, et qu'il leur fait miséricorde avec équité. — X. Comment il peut punir les méchants et leur faire grâce avec justice. — XI. Comment l'Écriture a pu dire que le Seigneur marche toujours dans la voie de la miséricorde, et que cependant il n'abandonne jamais la voie de la justice. — XII. Que Dieu est la vie elle-même, et qu'il renferme substantiellement tous ses attributs. — XIII. Comment il est le seul être infini, éternel, bien qu'on puisse dire que les autres esprits sont aussi des êtres infinis et éternels. — XIV. Comment et pourquoi ceux qui cherchent Dieu le voient et ne le voient point. — XV. Que Dieu surpasse tout ce que la pensée peut concevoir de plus grand. — XVI. Que la lumière au sein de laquelle il habite est véritablement inaccessible. — XVII. Que l'harmonie, l'odeur, la saveur, la beauté et toutes les propriétés des corps existent en Dieu d'une manière ineffable et digne de sa nature. — XVIII. Que Dieu est la vie, la sagesse, l'éternité, et tout ce qui est un bien réel. — XIX. Qu'il n'est pas contenu dans l'espace et le temps, mais qu'il contient toutes choses. — XX. Que son existence précède et dépasse toutes les existences, même celles qui sont éternelles. — XXI. Si l'éternité divine est ce qu'on doit entendre par ces expressions de l'Écriture, le siècle du siècle, ou les siècles des siècles. — XXII. Que Dieu seul est ce qui est, celui qui est. — XXIII. Que le souverain bien est également le Père, le Fils et le Saint-Esprit, et que celui-là seul est nécessaire, qui est le bien universel, complet et unique. — XXIV. Conjectures sur la nature et la grandeur de ce bien. — XXV. Bonheur de ceux qui jouissent du souverain bien. — XXVI. Si c'est dans ce souverain bien que les élus trouveront cette plénitude de joie que le Seigneur leur promet.

PROOEMIUM.

Postquam opusculum quoddam, velut exemplum meditandi de ratione fidei, cogentibus me precibus quorundam fratrum, in persona alicujus tacite secum ratiocinando quæ nesciat investigantis edidi : considerans illud esse multorum concatenatione contextum argumentorum, cœpi mecum quærere si forte posset inveniri unum argumentum, quod nullo alio ad se probandum quam se solo indigeret; et solum ad adstruendum quia Deus vere est, et quia est summum bonum nullo alio indigens, et quo omnia indigent ut sint et bene sint, et quæcumque credimus de divina substantia, sufficeret. Ad quod cum sæpe studioseque cogitationem converterem, atque aliquando mihi videretur jam capi posse quod quærebam, aliquando mentis aciem omnino fugerat; tandem desperans volui cessare, velut ab inquisitione rei, quam inveniri esset impossibile. Sed cum illam cogitationem, ne mentem meam frustra occupando, ab aliis, in quibus proficere possem, impediret, penitus a me vellem excludere : tunc magis et magis, nolenti et defendenti se cœpit cum importunitate quadam ingerere. Quadam igitur die, cum vehementer ejus importunitati resistendo fatigarer, in ipso cogitationum conflictu sic se obtulit quod desperaveram, ut studiose cogitationem amplecterer, quam sollicitus repellebam. Æstimans igitur quod me gaudebam invenisse, si scriptum esset alicui legenti placitum, de hoc ipso et de quibusdam aliis, sub persona conantis erigere mentem suam ad contemplandum Deum, et quærentis intelligere quod credit, subditum scripsi opusculum. Et quoniam nec istud, nec illud, cujus supra memini, dignum libri nomine, aut cui auctoris præponeretur nomen, judicabam; nec tamen eadem sine aliquo titulo, quo aliquem, in cujus manus, venirent, quodammodo ad se legendum invitarent dimittenda putabam; unicuique suum dedi titulum, ut prius, *Exemplum meditandi de ratione fidei* : et sequens, *Fides quærens Intellectum*, diceretur. Sed cum jam a pluribus cum his titulis utrumque transcriptum esset, coegerunt me plures, et maxime reverendus archiepiscopus Lugdunensis, Hugo nomine, fungens in Gallia legatione apostolica, qui mihi hoc ex apostolica præcepit autoritate, ut nomen meum illis præscriberem. Quod

PRÉFACE.

Cédant aux pressantes sollicitations de quelques-uns de mes frères, j'ai mis au jour un petit ouvrage composé en forme de méditation religieuse sur les mystères de la foi, et dans lequel j'avais emprunté le langage et les idées d'un homme qui s'entretient, solitaire, avec sa pensée, et cherche Dieu avec les lumières de sa raison. A peine cet ouvrage eut-il paru que, songeant à cette longue série d'arguments qu'il m'avait fallu employer, et dont la chaîne non interrompue m'avait semblé nécessaire pour arriver à mon but, je me demandai si par hasard on ne pourrait pas trouver un argument unique, indépendant de tout autre, se suffisant à lui-même, pour opérer la conviction, pour établir avec certitude que Dieu existe, qu'il est la cause suprême de toute existence et la source première de tout bien; en un mot, pour rendre compte de tous les attributs que la foi accorde à la nature divine. Long-temps je cherchai dans ma pensée cet argument victorieux, long-temps je le poursuivis dans les profondeurs de la réflexion avec une ardente curiosité. Parfois il me semblait que j'allais le saisir, mais toujours il m'échappait au moment où je croyais l'atteindre. Fatigué de mes inutiles efforts, et désespérant du succès de mon entreprise, j'avais résolu d'y renoncer et d'abandonner une recherche que je regardais désormais comme infructueuse; mais j'eus beau vouloir chasser cette idée de mon esprit, de peur qu'en l'occupant à la poursuite d'un objet impossible à atteindre elle ne l'empêchât de se livrer à des travaux moins futiles et plus profitables, elle s'établit obstinément en moi, elle m'obséda de plus en plus, malgré tous mes efforts pour me délivrer de sa présence importune et de ses continuelles persécutions. Un jour donc qu'elle me pressait avec un nouvel acharnement et que j'étais plus fatigué que jamais de cette lutte incessante, au milieu même de ce conflit de mes pensées, ce que j'avais inutilement cherché vint s'offrir tout-à-coup à mon esprit et me força d'embrasser avec transport l'idée heureuse que je voulais repousser loin de moi. Tout fier de ma découverte, je m'imaginai que quelques lecteurs la verraient avec plaisir exposée dans un écrit où je ferais parler un chrétien qui s'efforce d'élever son âme jusqu'à la contemplation de Dieu, et qui cherche à se rendre compte de sa croyance. Je composai donc le petit ouvrage que je donne aujourd'hui au public. Je n'eus point, en le terminant, la prétention d'avoir fait un livre; cette prétention, je ne l'avais pas eue davantage en terminant le premier :

ut aptius fieret, illud quidem *Monologium*, id est, *Soliloquium* : istud vero *Prologion*, id est, *Alloquium*, nominavi.

CAPUT I. Eia nunc, homuncio, fuge paululum occupationes tuas, absconde te modicum a tumultuosis cogitationibus tuis. Abjice nunc onerosas curas, et postpone laboriosas distensiones tuas. Vaca aliquantulum Deo, et requiesce aliquantulum in eo. Intra in cubiculum mentis tuæ; exclude omnia præter Deum, et quæ te juvent ad quærendum eum; et clauso ostio quære eum. Dic nunc, totum cor meum, dic nunc Deo : « Quæro vultum tuum; vultum tuum, Domine, requiro.» Eia nunc ergo, tu Domine Deus meus, doce cor meum et quomodo te quærat, ubi et quomodo te inveniat. Domine, si non es hic, ubi te quæram absentem? Si autem ubique es, cur non video te præsentem? Sed certe habitas lucem inaccessibilem. Et ubi est lux inaccessibilis, aut quomodo accedam ad lucem inaccessibilem? Aut quis me ducet, et inducet in illam, ut videam te in illa? Deinde, quibus signis, qua facie te quæram? Nunquam te vidi, Domine Deus meus; non novi faciem tuam. Quid faciet, altissime Domine, quid faciet iste tuus longinquus exsul? Quid faciet servus tuus anxius amore tui, et longe projectus a facie tua? Anhelat videre te; et nimis abest illi facies tua. Accedere ad te desiderat; et inaccessibilis est habitatio tua. Invenire te cupit, et nescit locum tuum. Quærere te affectat; et ignorat vultum tuum. Domine, Deus meus es, et Dominus meus es; et nunquam te vidi. Tu me fecisti et refecisti, et omnia mea bona tu mihi contulisti;

ces deux opuscules me semblaient également indignes de paraître avec le nom de leur auteur. Cependant je ne voulais point les abandonner aux chances de la publicité sans donner à chacun d'eux un titre qui lui fit espérer un accueil favorable et lui servit de recommandation auprès de quelques lecteurs. J'avais en conséquence intitulé le premier *Modèle de méditation sur les mystères de la foi*, et le second *la Foi cherchant l'Intelligence*. Déjà ces deux petits ouvrages avaient été plusieurs fois transcrits avec les titres ci-dessus indiqués, quand des personnes de considération m'engagèrent à y mettre mon nom. Hugo, le vénérable archevêque de Lyon, qui à cette époque s'acquittait en France d'une mission apostolique, usa lui-même de toute son autorité sur moi pour me décider à signer ces deux écrits. Je dus obéir, et je jugeai en même temps convenable d'en changer les titres; j'intitulai donc le premier : *Monologue ou Soliloque*, et le second : *Prologue ou Allocution*.

CHAPITRE I. Faible mortel, détache-toi un instant aux occupations d'ici-bas; cherche un abri contre l'orage de tes pensées, dépose le pesant fardeau de tes inquiétudes, suspends ton pénible labeur. Un moment du moins occupe-toi de Dieu, un moment repose-toi en lui. Entre dans le sanctuaire de ton âme, ferme-le aux souvenirs importants de la terre, aux vains bruits du monde, et, seul avec tes réflexions pieuses, cherche Dieu dans le silence du recueillement. Dis, ô mon cœur, dis maintenant à Dieu : « Je veux contempler ta face; c'est ta » face, Seigneur, que je veux contempler. » Et vous, mon Seigneur et mon Dieu, apprenez à mon cœur en quel lieu et comment il doit vous chercher, en quel lieu et comment il peut vous trouver. Seigneur, si vous n'êtes pas ici près de moi, où vous chercherai-je? si vous êtes êtes partout, pourquoi ne vous vois-je point? Je sais que vous habitez au sein d'une lumière inaccessible; où donc est-elle, cette lumière inaccessible? comment pourrai-je en approcher? qui me guidera vers elle? qui m'y fera pénétrer afin que je vous voie dans votre mystérieuse et brillante demeure? à quels signes, à quels traits vous reconnaitrai-je? Je ne vous ai jamais vu, mon Seigneur et mon Dieu; je ne connais point votre visage. Que fera, Dieu très-haut, que fera ce pauvre exilé qui languit si loin de vous? que fera votre serviteur, qui brûle d'amour pour vous, et qui est banni de votre présence? Il voudrait vous voir, et il ne peut franchir la distance qui le sépare de vous; il voudrait aller vers vous, et votre demeure est inaccessible;

et nondum novi te. Denique ad te videndum factus sum, et nondum feci propter quod factus sum.

O misera sors hominis, cum hoc perdidit ad quod factus est. O durus, et dirus casus ille! Heu! quid perdidit, et quid invenit? Quid abscessit, et quid remansit? Perdidit beatitudinem, ad quam factus est; et invenit miseriam, propter quam factus non est: abscessit, sine quo nihil felix est; et remansit, quod per se non nisi miserum est. Manducabat tunc panem angelorum, quem nunc esurit; manducat nunc panem dolorum, quem tunc nesciebat. Heu publicus luctus hominum: universalis planctus filiorum Adæ! Ille ructabat saturitate; nos suspiramus esurie. Ille abundabat; nos mendicamus. Ille feliciter tenebat; et misero deseruit: nos infeliciter egomus, et miserabiliter desideramus; et heu, vacui remanemus. Cur non nobis custodivit, cum facile posset, quo tam graviter careremus? Quare sic nobis obseravit lucem, et obduxit nos tenebris? Ut quid abstulit nobis vitam, et infixit mortem? Ærumnosi, unde sumus expulsi, quo sumus impulsus? unde præcipitati? quo obruti? A patria in exilium; a visione Dei in cæcitatem nostram; a jucunditate immortalitatis in amaritudinem et horrorem mortis. Misera mutatio de quanto bono in quantum malum! Grave damnum, gravis dolor, grave totum.

Sed heu! me miserum, unum de aliis miseris filiis Evæ elongatis a Deo, quid incepti? quid effecti? quo tendebam? quo deveni? Ad quid

il voudrait vous trouver, et il ignore où vous êtes; il voudrait vous chercher, et il ne connaît point les traits de votre visage. Vous êtes mon Seigneur et mon Dieu, et je ne vous ai jamais vu; vous m'avez créé deux fois, vous m'avez comblé de vos bienfaits, et je ne vous connais pas encore. J'ai été créé pour vous voir, pour vous contempler, et je n'ai pu encore atteindre le but de mon existence.

Jour funeste où l'homme fut déshérité de son destin sublime! qui pourrait assez déplorer sa faute et son malheur? Hélas! qu'a-t-il perdu et qu'a-t-il trouvé? qu'a-t-il laissé échapper et que lui est-il resté? Il a perdu la béatitude qui était le but de son existence, et il a trouvé la misère, pour laquelle il n'avait point été fait; il a laissé échapper un trésor sans lequel il n'y a point de bonheur, et il ne lui est rien resté que la souffrance et la douleur. L'homme, avant sa faute, se nourrissait du pain des anges qu'il ne connaît plus aujourd'hui; et maintenant il se nourrit du pain des douleurs, qu'il ne connaissait pas encore alors. Que tous les hommes gémissent, que tous les fils d'Adam versent des larmes et fassent entendre une plainte éternelle. Hélas! notre premier père se rassasiait d'une nourriture céleste, et nous mourons de faim; il était riche, et la pauvreté nous accable; il était heureux, il a méprisé son bonheur, et nous sommes condamnés à tous les maux, et nous soupirons en vain après une félicité qui ne saurait revenir. Hélas! pourquoi n'a-t-il pas gardé les biens dont il jouissait et dont il pouvait jouir toujours? pourquoi n'a-t-il pas laissé ce précieux héritage à ses descendants? pourquoi nous a-t-il ainsi ravi la lumière pour nous plonger dans les ténèbres? pourquoi nous a-t-il ôté la vie? pourquoi nous a-t-il donné la mort? Infortunés! de quel séjour de délices nous avons été chassés! dans quel séjour de misères nous habitons! de quelle hauteur sublime nous avons été précipités! dans quel abîme profond nous sommes descendus! Nous avions une patrie, et nous voilà exilés; nous pouvions contempler Dieu, et nous voilà frappés d'aveuglement; nous pouvions jouir de l'immortalité et de la béatitude céleste, et nous voilà condamnés ici-bas au malheur et à la mort. Quelle révolution terrible s'est opérée dans nos destinées! quelle chute immense nous avons faite du comble de la félicité au fond de la misère! Que tous les hommes gémissent, que tous les fils d'Adam exhalent une plainte éternelle.

Mais hélas! malheureux que je suis, compagnon d'infortune de tous les enfans d'Ève, pauvre exilé, banni comme mes frères de la

adspirabam? in quibus suspiro? quasivi beua; et ecce turbatio. Tendebam in Deum, et offendi in meipsura; requiem quærebam in secreto meo, et tribulationem et dolorem inveni in intimis meis. Volebam ridere a gaudio mentis meæ, et cogor rugire a gemitu cordis mei. Sperabatur lætitia: et ecce unde densentur suspiria. Et, o tu Domine, usquequo? Usquequo, Domine, oblivisceris nos? usquequo avertis faciem tuam a nobis? Quando respicies, et exaudies nos? Quando illuminabis oculos nostros, et ostendes nobis faciem tuam? Quando restitues te nobis? Respice, Domine, exaudi, illumina nos, ostende nobis teipsum. Restitue te nobis, ut bene sit nobis; sine quo tam male est nobis. Miserere labores et conatus nostros ad te, qui nihil valemus sine te. Invitas nos; adjuva nos. Obsecro, Domine, ne desperem suspirando; sed respirem sperando. Obsecro, Domine, amaricatum est cor meum sua desolatione; indulca illud tua consolatione. Obsecro, Domine, esuriens incepti quærere te; ne desinam jejunos de te: famelicus accessi, ne recedam impastus. Pauper veni ad divitem, miser ad misericordem; ne redeam vacuus et contemptus. Et si antequam comedam suspiro, da, vel post suspiria, quod comedam. Domine, incurvatus non possum nisi deorsum adspicere; erige me, ut possim sursum intendero. « Iniquitates meæ supergressæ caput meum, » obvolvunt me; et sicut onus grave, gravant me. » Evolve me, exonera me; ne urgeat puteus earum os suum super me: liceat mihi suspicere lucem tuam, vel de longe, vel de profundo. Doce me, quærere te, et ostende te quærenti: quia nec quærere te possum, nisi tu doceas; nec invenire, nisi te ostendas. Quæram te desiderando, desiderem quærendo, inveniam amando, amem inveniando. Fateor, Domine, et gratias ago, quia creasti in me hanc imaginem tuam, ut tui memor sim, te cogitem, te amem; sed sic est abolita attritione vitiorum, sic est obfusata fumo peccatorum; ut non possit facere ad quod facta est, nisi tu renoves et reformes eam. Non tento, Domine, penetrare altitudinem tuam; quia nullatenus comparo illi intellectum meum: sed desidero aliquatenus intelligere veritatem tuam, quam credit et amat cor meum. Neque enim quæro intelligoro, ut credam; sed credo, ut intelligam. Nam et hoc credo quia nisi credidero, non intelligam.

présence de Dieu, qu'avais-je entrepris et qu'ai-je fait ? quel était mon but et où suis-je arrivé ? vers quel objet aspirait mon cœur et pour quoi soupiro-t-il ? Je cherchais le bien suprême, et je n'ai trouvé que la désolation ; je voulais m'élever vers Dieu, et je suis retombé sur moi-même ; je cherchais le repos dans le recueillement de ma pensée, et j'ai trouvé le trouble jusque dans le sanctuaire de mon âme ; je voulais m'abandonner à une pieuse allégresse, et je suis forcé de faire entendre le cri perçant de la douleur ; j'espérais entonner un hymne de joie, et ma bouche n'exhale que les accents de la tristesse. Mais vous, Seigneur, jusques à quand, jusques à quand, Seigneur, oublierez-vous vos créatures ? jusques à quand détournerez-vous vos regards pour ne les point voir ? Est-il loin encore le jour où vous daignerez jeter les yeux sur nous et prêter l'oreille à nos prières ? le jour où vous ferez briller votre lumière dans nos cœurs, où vous révélez à notre vue la majesté de votre face, où vous nous serez rendu ? Jetez les yeux sur nous, Seigneur, prêtez l'oreille à nos prières, faites briller votre lumière dans nos cœurs, révélez à notre faible vue la majesté de votre face, rendez-vous à nous, afin que nous soyons heureux en vous possédant, vous dont la privation nous rend si malheureux. Ayez pitié de nos peines et des efforts que nous faisons pour arriver jusqu'à vous, faibles moi tels qui ne pouvons rien sans vous. Tendez-nous une main secourable, puisque votre voix nous appelle. Je vous en supplie, Seigneur, ne me laissez point soupirer dans le désespoir, mais faites que je respire par l'espérance. Je vous en supplie, Seigneur, mon cœur est désolé et plein d'amertume, versez en lui vos douces consolations. Je vous en supplie, Seigneur, je me suis mis à vous chercher, tourmenté par la faim, ne permettez pas que je m'en revienne affamé ; je suis venu vers vous pour vous demander le pain des anges, ne me laissez point vous quitter sans être rassasié de la nourriture céleste. Pauvre et malheureux, je vous implore, vous qui êtes riche et bienfaisant. Dédaignez-vous ma prière ? m'abandonnez-vous à mon indigence et à ma misère ? Je soupiro parce que j'ai faim ; ne serez-vous pas touché de mes soupirs ? Seigneur, je suis courbé vers la terre et je ne puis regarder en haut ; relevez-moi, afin que je puisse contempler le ciel. « Le poids de mes iniquités fait pencher ma tête, il m'accable comme un lourd fardeau ; » soulagez-moi, faites que je puisse me redresser, que je puisse voir votre lumière, du moins de loin, du moins du fond de l'abîme où je suis tombé. Apprenez-moi à vous chercher ; montrez-vous à mes regards qui vous cherchent, car je ne

CAP. II. Ergo, Domine, qui das fidei intellectum, da mihi, ut, quantum scis expedire, intelligam quia es, sicut credimus, et hoc es, quod credimus; et quidem credimus te esse aliquid, quo nihil majus cogitari possit. An ergo non est aliqua talis natura, quia: «Dixit insipiens» in corde suo: Non est Deus? Sed certe idem ipse insipiens, cum audit hoc ipsum quod dico, aliquid quo majus nihil cogitari potest; intelligit quod audit, et quod intelligit in intellectu ejus est; etiam si non intelligat illud esse. Aliud est enim rem esse in intellectu: aliud intelligere rem esse. Nam cum pictor præcogitat quæ facturus est, habet quidem in intellectu; sed nondum esse intelligit, quod nondum fecit. Cum vero jam pinxit; et habet in intellectu, et intelligit esse quod jam fecit. Convincitur ergo etiam insipiens esse vel in intellectu aliquid, quo nihil majus cogitari potest: quia hoc cum audit, intelligit, et quicquid intelligitur, in intellectu est. Et certe id quo majus cogitari nequit, non potest esse in intellectu solo. Si enim vel in solo intellectu est, potest cogitari esse et in re: quod majus est. Si ergo id, quo majus cogitari non potest, est in solo intellectu; id ipsum, quo majus cogitari non potest, est quo majus cogitari potest: sed certe hoc esse non potest. Existit ergo procul dubio aliquid, quo majus cogitari non valet, et in intellectu, et in re.

puis vous chercher si vous ne guidez mes pas, ni vous trouver si vous ne vous révélez pas à moi. Je dois vous chercher en vous désirant, je dois vous désirer en vous cherchant, je dois vous trouver en vous aimant, je dois vous aimer en vous trouvant. Je le confesse, Seigneur, et je vous en rends grâces, vous m'avez créé à votre image, afin que je me souvienne de vous, que je pense à vous, que je sois rempli d'amour pour vous. Mais ce reflet divin que vous avez mis en moi est tellement effacé par l'empreinte du vice, tellement obscurci par les ténèbres du péché, qu'il est désormais pour moi un flambeau inutile si vous ne lui rendez sa splendeur première. Je n'essaie point, ô mon Dieu, de sonder les profondeurs mystérieuses de votre nature; mon intelligence bornée ne peut mesurer l'immensité de vos perfections; mais je désire comprendre, autant qu'il est en moi, les saintes vérités que mon cœur aime et que ma foi reconnaît en vous. Je ne cherche pas à comprendre afin de croire, je crois afin de comprendre; je ne puis avoir l'intelligence qu'à condition d'avoir d'abord la foi.

CHAP. II. Mon Dieu, vous qui donnez l'intelligence à la foi, faites que je comprenne, autant que vous le jugez utile, que vous existez comme nous le croyons, et que vous êtes tel que nous vous croyons. La foi nous dit que vous êtes l'être par excellence, l'être au-dessus duquel la pensée ne peut rien concevoir. « L'insensé a dit dans son cœur : Il n'y a point de Dieu; » a-t-il dit vrai? la foi nous trompe-t-elle quand elle affirme l'existence de la divinité? non, certes. L'insensé lui-même, en entendant parler d'un être supérieur à tous les autres et au-dessus duquel la pensée ne peut rien concevoir, comprend nécessairement ce qu'il entend; or, ce qu'il comprend existe dans son esprit, bien qu'il en ignore l'existence extérieure. Car autre chose est l'existence d'un objet dans l'intelligence, autre chose la notion de l'existence de cet objet. Ainsi quand un peintre médite un tableau qu'il va bientôt jeter sur la toile, ce tableau existe déjà dans son esprit; mais l'artiste n'a pas encore l'idée de l'existence réelle d'une œuvre qu'il n'a pas encore enfantée; il ne peut avoir cette idée que lorsque l'œuvre conçue dans son imagination prend une forme et s'incarne, pour ainsi dire, sous son pinceau. Dès lors cette œuvre existe à la fois et dans l'esprit de l'artiste et dans la réalité. L'insensé lui-même est donc forcé d'avouer qu'il existe, du moins dans l'intelligence, quelque chose au-dessus de laquelle la pensée ne peut rien concevoir, puisqu'en entendant parler de cet être suprême, quel qu'il soit, il comprend ce qu'il entend, et que tout ce qui est compris

CAP. III. Quod utique sic vere est, ut nec cogitari possit non esse. Nam potest cogitari esse aliquid quod non possit cogitari non esse; quod majus est, quam quod non esse cogitari potest. Quare si id, quo majus nequit cogitari, potest cogitari non esse: id ipsum quo majus cogitari nequit non est id quo majus cogitari nequit: quod convenire non potest. Sic ergo vere est aliquid quo majus cogitari non potest, ut nec cogitari possit non esse.

Et hoc es tu, Domine Deus noster. Sic ergo vere es, Domine Deus meus, ut nec cogitari possis non esse; et merito. Si enim aliqua mens posset cogitare aliquid melius te, ascenderet creatura super creatorem, et judicaret de creatore: quod valde est absurdum. Et quidem quicquid est aliud præter solum te, potest cogitari non esse. Solus igitur verissime omnium, et ideo maxime omnium habes esse: quia quicquid aliud est, non sic vere est, et idcirco minus habet esse. Cur itaque; «dixit insipiens in corde suo, non est Deus?» Cum tam in promptu sit rationali menti, te maxime omnium esse. Cur, nisi quia stultus et «insipiens?»

CAP. IV. Verum quomodo dixit insipiens in corde suo quod cogitare non potuit, aut quomodo cogitare non potuit, quod dixit in corde? cum idem sit dicere in corde et cogitare? Quod si vere, imo quia vere et cogitavit, quia dixit in corde; et non dixit in corde, quia

existe dans l'intelligence. Or, cet être suprême au-dessus duquel la pensée ne peut rien concevoir ne saurait exister dans l'intelligence seule; car, en supposant que cela soit, rien n'empêche de le concevoir comme existant aussi dans la réalité, ce qui est un mode d'existence supérieur au premier. Si donc l'être suprême existait dans l'intelligence seule, il y aurait quelque chose que la pensée pourrait concevoir au-dessus de lui; il ne serait plus l'être par excellence, ce qui implique contradiction. Il existe donc sans aucun doute, et dans l'intelligence et dans la réalité, un être au-dessus duquel la pensée ne peut rien concevoir.

CHAP. III. Cet être suprême existe si bien qu'il est impossible de concevoir sa non-existence. En effet, on peut avoir l'idée de quelque chose qui existe nécessairement et d'une manière absolue; or ce mode d'existence est supérieur à celui qui caractérise les êtres contingents. Si donc on pouvait concevoir la non-existence de l'être suprême et faire de lui un être contingent, la pensée serait libre de concevoir au-dessus de lui quelque chose dont l'existence serait nécessaire; par conséquent il ne serait plus l'être par excellence, ce qui implique contradiction. Il existe donc un être suprême, et cet être suprême existe si bien que la pensée ne peut concevoir sa non-existence.

C'est vous qui êtes cet être par excellence, mon Seigneur et mon Dieu; et vous existez avec tant de plénitude et de vérité qu'il est impossible de comprendre que vous n'existiez point; et c'est justice. Si la pensée humaine pouvait avoir l'idée d'un être supérieur à vous, la créature s'élèverait au-dessus du Créateur et le jugerait du haut de son orgueil, conséquence absurde et monstrueuse qui détruit la supposition dont elle est née. Tous les êtres, excepté vous, n'ont qu'une existence accidentelle et incomplète, puisque la pensée peut les supposer anéantis; seul vous avez la pleine et véritable existence, puisque vous êtes l'être nécessaire et absolu. Pourquoi donc « l'insensé » a-t-il dit dans son cœur : Dieu n'existe point, » quand la raison affirme que vous êtes le seul être qui possédiez l'existence véritable et complète? pourquoi, si ce n'est parce qu'il est privé de raison, parce qu'il est « insensé? »

CHAP. IV. Mais comment l'insensé a-t-il dit dans son cœur ce qu'il n'a pu penser, ou comment n'a-t-il pu penser ce qu'il a dit dans son cœur, puisque c'est une seule et même chose de dire dans son cœur et de penser? Pour expliquer cette contradiction, remarquons qu'il y a deux

cogitare non potuit; non uno tantum modo dicitur aliquid in corde vel cogitatur. Aliter enim cogitatur res, cum vox eam significans cogitatur: aliter cum idipsum, quod res est, intelligitur. Illo itaque modo potest cogitari Deus non esse: isto vero, minime. Nullus quippe intelligens id quod sunt ignis et aqua, potest cogitare ignem esse, aquam secundum rem; licet hoc possit, secundum voces; ita igitur nemo intelligens id quod Deus est, potest cogitare quia Deus non est, licet hæc verba dicat in corde, aut sine ulla, aut cum aliqua extranea significatione.

Deus enim est id quod majus cogitari non potest. Quod qui bene intelligit, utique intelligit idipsum sic esse, ut nec cogitatione queat non esse. Qui ergo intelligit sic esse Deum, nequit eum non esse cogitare. Gratias tibi, bone Domine, gratias tibi: quia, quod prius credidi, te donante, jam sic intelligo, te illuminante, ut, si te esse uolim credere, non possim non intelligere.

CAP. V. Quid igitur es, Domine Deus, quo nihil majus valet cogitari? Sed quid es, nisi id quod summum omnium solum existens per seipsum, omnia alia fecit de nihilo? Quicquid enim hoc non est, minus est quam quod cogitari possit: sed hoc de te cogitari non potest. Quod ergo bonum deest summo bono, per quod est omne bonum? Tu es itaque justus, verax, beatus, et quicquid melius est esse quam non esse; melius namque est esse justum, quam non justum; beatum quam non beatum.

CAP. VI. Verum cum melius sit te esse sensibilem, omnipotentem, misericordem, impassibilem, quam non esse: quomodo es sensibilis, si non es corpus; aut omnipotens, si non omnia potes: aut misericors simul et impassibilis? Nam si sola corporea sunt sensibilia, quoniam sensus circa corpus, et in corpore sunt, quomodo es sensibilis, cum non sis corpus; sed summus spiritus, qui corpore melior est?

manières de penser ou de dire dans son cœur, et ces deux manières sont bien différentes. Autre chose est de penser à un objet en pensant au mot qui l'exprime, autre chose est de penser à ce même objet en ne songeant qu'à ses propriétés essentielles. On peut concevoir de la première façon la non-existence de Dieu, mais il est impossible de la concevoir de la seconde. Personne, en songeant aux propriétés essentielles du feu et de l'eau, ne peut penser réellement que le feu soit l'eau, bien qu'il le puisse verbalement. Ainsi personne, en songeant aux attributs de Dieu, ne peut concevoir sa non-existence, bien qu'il puisse l'affirmer dans son cœur en rapprochant à sa fantaisie deux idées incompatibles, savoir, celle de Dieu et celle du néant, et en établissant entre elles, par la parole, un rapport de convenance qu'elles n'ont pas dans la réalité.

Je dis que l'idée de Dieu exclut l'idée de néant, car Dieu est l'être suprême, l'être au-dessus duquel la pensée ne peut rien concevoir. Or l'idée d'un être suprême renferme celle d'une existence nécessaire et absolue. L'idée du néant est incompatible avec l'idée d'une pareille existence; elle est donc incompatible avec l'idée d'un être suprême, et par conséquent avec l'idée de Dieu. Je vous rends grâce, ô mon Dieu ! je vous rends grâce de m'avoir donné d'abord la foi et d'avoir ensuite éclairé mon intelligence, en sorte que si je ne voulais pas croire à votre existence je serais encore forcé de la comprendre.

CHAP. V. Qu'êtes-vous donc, mon Seigneur et mon Dieu, être suprême au-dessus duquel la pensée ne peut rien concevoir? qu'êtes-vous, sinon la cause première, nécessaire et absolue qui a tiré toutes choses du néant? Toute créature n'a qu'une existence incomplète et bornée; mais vous êtes la cause créatrice de tout ce qui est, vous avez donc seul la plénitude de l'existence; or, quel bien peut manquer à celui qui est le souverain bien et par qui tout bien existe? Vous êtes donc juste, vrai, heureux; vous êtes tout ce dont l'existence est préférable au néant; or il vaut mieux être juste que d'être privé de la justice, heureux que d'être privé du bonheur.

CHAP. VI. Il vaut mieux aussi que vous soyez sensible, tout-puissant, miséricordieux, impassible, que privé de ces attributs. Mais comment pouvez-vous être sensible, si vous n'êtes point un corps? tout-puissant, si vous ne pouvez pas toutes choses? miséricordieux, si vous êtes impassible? Si les êtres revêtus d'un corps sont seuls doués de sensibilité, parce que les sens appartiennent au corps, comment, je le répète, pouvez-vous posséder la sensibilité, puisque vous êtes un esprit

Sed si sentire non est nisi cognoscere, aut non nisi ad cognoscendum; qui enim sentit, cognoscit secundum sensuum proprietatem, ut per visum colores, per gustum sapes, non inconvenienter dicitur aliquo modo sentire, quicquid aliquo modo cognoscit. Ergo, Domine, quamvis non sis corpus, vere tamen eo modo summe sensibilis es, quo summe omnia cognoscis, non quo animal corporeo sensu cognoscit.

CAP. VII. Sed et omnipotens quomodo es, si non omnia potes? Aut si non potes corrumpi, nec mentiri, nec facere verum esse falsum; ut quod factum est, non esse factum, et plura similiter, quomodo potes omnia? Aut hæc posse, non est potentia; sed impotentia. Nam qui hæc potest, quod sibi non expedit, et quod non debet, potest: quæ quanto magis potest, tanto magis adversitas et perversitas possunt in illum, et ipse minus contra illas. Qui ergo sic potest, non potentia potest, sed impotentia.

Non enim ideo dicitur posse, quia ipse possit; sed quia sua impotentia facit aliud in se posse: sive aliquo genere loquendi; sicut multa improprie dicuntur, ut cum ponimus *esse*, pro *non esse*; et *facere* pro eo quod est *non facere*, aut pro *nihil facere*. Nam sæpe dicimus ei, qui rem aliquam esse negat: «Sic est quemadmodum dicis esse.» Cum magis proprie videatur dici: «Sic non est, quemadmodum dicis non esse.» Item dicimus: «Iste sedet, sicut ille facit,» aut: «Iste quiescit

pur, et que la supériorité de l'esprit sur la matière ne permet point de vous considérer comme un être matériel ?

J'essaierai d'expliquer cette apparente contradiction. On peut dire que sentir n'est autre chose que connaître, ou du moins que la sensibilité est l'origine, la source de la connaissance; en effet, celui qui sent connaît par l'intermédiaire des sens les qualités et les objets extérieurs; par la vue, il perçoit les couleurs; par le goût, il perçoit les saveurs. On peut donc dire aussi, sans blesser la vérité, que l'on sent en général tout ce que l'on connaît, et que toute idée est un sentiment, de même que tout sentiment est une idée. Ainsi donc, ô mon Dieu, bien que vous ne soyez point un corps, vous êtes doué de sensibilité au plus haut degré, par cela même que vous connaissez pleinement toutes choses, et que votre intelligence surpasse celle de l'homme de toute la supériorité de l'esprit sur la matière.

